



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 19. Ulmenses Cæsari reconciliati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI. A.C. 1546. *audisses legatos, non dubito, quin lenius multo scripsisses: itaque misericordiam tuam imploro, ac peto, ut propter Christum mihi condones, neque gravius quid in me, miserum sane Principem, meosque statuas.*

§. XIX.

Ulmenfes Cæsari reconciliati.

Thou hist. 1. 2. Sleid. p. 645. Paulo post Ulmenfes, cum Foederatorum copias omnino dispersas, seque suppetiis avide speratis destitutos cernerent, Roteburgum ad Cæsarem venerunt, culpam suam deprecaturi: Verum Carolus in præfata urbe illos ad alloquium admittere recusavit, eisque significari iussit, ut Hallam, Sueviæ urbem, cujus incolæ non ita pridem pariter in Cæsaris gratiam rediere, accederent. Itaque eo delati scelus suum confessi veniam precabantur, quam etiam Imperator eisdem clementer indulgit, ea tamen lege, ut centies mille aureos numerarent, ac Cæsareis duodecim belli tormenta traderent, quibus conditionibus adimpletis Carolus urbem præfidiario milite firmavit.

§. XX.

Venia Electori Palatino a Cæsare concessa.

Thou & Bel- ca. 1. 24. n. 31. Hoc exemplo perterritus Elector Palati-